



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 89. De Hierarchiæ forma disputatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcu. XVI. quoque sententia utpote veritati magis
A.C. 56. confona a ceteris probabatur.

§. LXXXIX.

De Hierarchiæ forma disputatum.

Sarp. p. 575. Haud magis expedita erat definitio
quæstionis circa Hierarchiæ for-
mam. circa quam disceptabatur, quod
nam sit primum fundamentum, cui in-
nititur character Sacramenti Ordinis,
ac dignitatis Hierarchicæ, ita, ut ab-
que eo homo nec ad Presbyteratus or-
dinem, nec ad Episcopi, Archiepiscopi
& Pontificis dignitatem sit idoneus;
porro quidam hanc formam esse char-
tatem statuebant: verum ex hac op-
nione ingens enascebatur difficultas;
nam ex hac ratione deduci poterat,
quod Sacerdos amissa charitate ab Hie-
rarchia excluderetur, suamque auctori-
tatem, ac Christianum populum regen-
di potestatem amitteret: quod tamen
Wiclefi errorem saperet: ideo alii pro
hac forma assignabant fidem informem,
seu charitate destitutam: ast huic op-
nioni objiciebatur, quod fieri posset
ut quidam Præfus nequidem hanc fidem
informem habeat, sed in animi fu-
recessu omnino infidelis existat, unde
fleret, ut in hoc eventu omnes ejus fun-
ctiones, ac cuncta, quæ administraret,
Sacramento forent invalida, atque ex-
ha



magis
tum.
efinitio
æ for-
quod
cui in-
rdinis
ut ab-
cus or-
bisco-
poneus
char-
ac op-
ultas;
pterat;
bHle-
uctori-
regen-
tamen
lli pro-
rmen-
c op-
offe-
fidem
ni ful-
unde
s fun-
raret,
ue ex-
hac
hac sententia graves nascerentur an- Sæcul. XVI
A. C. 1562.
xietates, & conscientiæ innumeris in-
volverentur curis : eapropter nonnulli
hanc formam constituebant in Baptis-
mate : ast eadem occurribant difficul-
tates, cum incertum esse posset, an hoc
Sacramentum valide fuerit administra-
tum, atque intentio Ministri adfuerit,
quæ juxta Synodi doctrinam omnino
requiritur, cum hæc capita minus ad-
huc dignosci possent, quam fides & cha-
ritas, ac propterea inquietabant hi Theo-
logi, nemo certus esse potest de Ba-
ptismi valore, a quounque demum ba-
ptizatus fuerit.

§. XC.

*Allorum Theologorum opinio circa
idem argumentum.*

Nondum discussi erant sequentes arti- Sarp. l. 7.
p. 576.
culi : I. An omnes Christiani sint
Sacerdotes, & Sacrificantes: II. utrum
Sacerdos possit fieri Laicus: II!. an Ev-
angelii Minister non aliud habeat officium,
quam prædicationem: Hanc in
rem Frater Adamantius Ordinis S.Aug-
ustini alumnus, & Cardinalis Madruc-
ci Theologus hæc monuit: „plerique
„eorum, qui antea discurerunt, tantum
„adduxerunt rationes verosimiles, &
„quandam congruentiam suadentes,
„quæ in ejusmodi negotio, ubi de arti-

D d 4 „culis

